

# AMTSBLATT

## FÜR DIE ERZDIÖZESE FREIBURG

355

Stück 6

Freiburg i. Br., 11. Februar

1953

Constitutio Apostolica de disciplina servanda quoad ieiunium Eucharisticum. — Instructio de disciplina circa ieiunium Eucharisticum servanda. — Verordnung über die Abhaltung von Abendmessen. — Verordnung über Fasten und Abstinenz, über die geschlossene Zeit, die Zeit der Osterkommunion und Erstkommunion für die Erzdiözese Freiburg 1953/54. — Bischöfliche Fastenratschläge: Haltet ein heiliges Fasten. — Ostervigil 1953. — Hilfe für die Wasser-Geschädigten in Holland.

Nr. 35



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
PII  
DIVINA PROVIDENTIA  
PAPAE XII  
CONSTITUTIO APOSTOLICA  
DE DISCIPLINA SERVANDA QUOAD IEIUNIUM EUCHARISTICUM  
PIUS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI  
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

CHRISTUS DOMINUS, «in qua nocte tradebatur» (1 Cor. 11, 23), cum postrema vice veteris Legis celebravit Pascha coena facta (cfr. Luc. 22, 20), panem dedit discipulis suis dicens: «Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur» (1 Cor. 11, 24); itemque calicem eis porrexit asseverans: «Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur» (Matth. 26, 28), «Hoc facite in meam commemorationem» (cfr. 1 Cor. 11, 24-25). Quibus ex Sacrarum Litterarum locis omnino patet Divinum Redemptorem ultimae huic paschali celebrationi, in qua agnus ex Hebraeorum ritibus manducabatur, voluisse substituere novum Pascha, ad saeculorum usque obitum permansurum, esum videlicet immaculati Agni, immolandi pro mundi vita, ita ut novum Pascha novae Legis Phase vetus terminaret, et umbram fugaret veritas (cfr. hymn. *Lauda Sion* [Missale Rom.]).

Christus der Herr gab „in der Nacht, da er verraten wurde“ (1 Kor. 11, 23), als er zum letztenmal das Osterfest des Alten Bundes feierte (vgl. Luk. 22, 20), nach dem Mahl seinen Jüngern Brot mit den Worten: „Dies ist mein Leib, der für euch hingegeben wird“ (1 Kor. 11, 24); und ebenso reichte er ihnen den Kelch, wobei er sprach: „Dies ist mein Blut des Neuen Bundes, das für viele vergossen wird“ (Matth. 26, 28), „tut das zu meinem Andenken“ (vgl. 1 Kor. 11, 24-25). Aus diesen Stellen der Heiligen Schrift ergibt sich klar: Der göttliche Erlöser wollte an die Stelle dieser letzten Osterfeier, bei der nach jüdischem Brauch ein Lamm verzehrt wurde, eine neue Osterfeier setzen, die bis zum Ende der Zeiten bleiben sollte, nämlich das Mahl des unbefleckten Lammes, das geopfert werden sollte für das Leben der Welt, so daß das neue Ostern die Zeit des Alten Bundes beenden und die Wahrheit den Schatten verdrängen sollte (vgl. Hymn. *Lauda Sion*, Missale Rom.).

Quandoquidem autem utriusque coenae eiusmodi coniunctio idcirco habita fuit, ut ex antiquo Paschate ad novum significaretur transitus, facile perspicitur cur Ecclesia, in Eucharistico Sacrificio ex Divini Redemptoris iussu in eius commemorationem renovando, a veteris agapes more discedere potuerit, et Eucharisticum ieiunium in usum inducere.

Etenim inde ab antiquissima aetate consuetudo invaluit Eucharistiam christifidelibus ieiunis administrandi (cfr. Ben. XIV, *De Syn. Dioec.* l. 6, c. 8, n. 10). Saeculo autem exeunte quarto iam in variis Conciliis ieiunium iis praecipiebatur, qui Eucharisticum celebraturi essent Sacrificium. Itaque anno CCCLXXXIII Hipponense Concilium haec decrevit: «Sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur» (Conc. Hipp. can. 28: *Mansi*, III, 923); quod praeceptum paulo post, hoc est anno CCCLXXXVII, ex Carthaginensi Concilio III iisdem verbis edebatur (Conc. Carth. III, cap. 29: *Mansi*, III, 885); ac saeculo ineunte quinto haec consuetudo satis communis et immemorabilis dici potest; quamobrem S. Augustinus affirmat sanctissimam Eucharistiam a ieiunis semper accipi itemque per universum orbem morem istum servari (cfr. S. August. *Ep. LIV ad Ian.* cap. 6: *Migne*, PL, XXXIII, 203).

Procul dubio haec agendi ratio gravissimis innitebatur causis, in quibus ea ante omnia memorari potest, quam Apostolus gentium lamentatur, cum de fraterna christianorum agape agit (cfr. *1 Cor.* 11, 21 sq.). Etenim cibo potuque se abstinere cum summa illa reverentia congruit, quam supremae Iesu Christi maiestati debemus, cum eum Eucharisticis delitescens velis sumpturi sumus. Ac praeterea, dum, ante quodlibet alimentum, eius pretiosissimo Corpore ac Sanguine vescimur, luculenter demonstramus illud esse primum ac summum nutrimentum, quo animus alatur noster eiusque augeatur sanctitas. Quapropter idem Augustinus haec monet: «Placuit Spiritui Sancto ut in honorem tanti Sacramenti in os christiani prius Domini-cum Corpus intraret, quam ceteri cibi» (S. August. l. c.).

Neque debitum solummodo honoris munus hoc ieiunium Divino tribuit Redemptori, sed pietatem etiam fovet; ideoque ad saluberrimos illos sanctitatis fructus augendos conferre potest, quos bonorum omnium fons et auctor Christus a nobis, gratia ditatis, elici postulat.

Nemo ceteroquin est, qui experiundo non agnoscat ex ipsis humanae naturae legibus contingere ut, cum corpus cibo oneratum non sit, mens erigatur agilior, atque impensiore moveatur virtute ad arcanum illud excelsumque meditandum mysterium, quod in animo, tamquam in templo, agitur, divinam adaugens caritatem.

Quanta cura Ecclesia Eucharisticum ieiunium servandum curaverit ex eo etiam erui potest, quod illud, gravibus quoque poenis violatoribus impositis, imperavit. Ete-

Da nun aber eine solche Verbindung beider Mahle deshalb vollzogen wurde, um den Übergang vom alten zum neuen Ostern aufzuzeigen, vermag man leicht einzusehen, warum die Kirche von der alten Sitte des Liebesmahles abweisen und den Brauch der eucharistischen Nüchternheit einführen konnte, als sie auf Geheiß des göttlichen Erlösers zu seinem Andenken das eucharistische Opfer erneuerte.

Denn schon seit ältester Zeit bürgerte sich die Gewohnheit ein, die Eucharistie den Gläubigen nüchtern zu reichen (vgl. Ben. XIV. *De Syn. Dioec.* l. 6. c. 8, n. 10). Am Ausgang des vierten Jahrhunderts aber wurde schon durch verschiedene Konzilien denjenigen Nüchternheit vorgeschrieben, die das eucharistische Opfer feiern wollten. So hat im Jahr 393 das Konzil von Hippo folgendes festgelegt: „Das Altarsakrament darf nur nüchtern gefeiert werden“ (Conc. Hipp. can. 28; *Mansi*, III, 923); diese Vorschrift wurde kurz danach, nämlich im Jahre 397, auf dem dritten Konzil von Karthago mit denselben Worten erlassen (Conc. Carth. III, cap. 29; *Mansi*, III, 885); und zu Beginn des fünften Jahrhunderts kann diese Gewohnheit als allgemein bekannt und unvordenklich bezeichnet werden. Deshalb versichert der hl. Augustin, die allerheiligste Eucharistie werde immer nüchtern empfangen, und dieser Brauch werde auf dem ganzen Erdkreis beobachtet (vgl. S. August. *Ep. LIV ad Ian.* cap. 6; *Migne*, PL, XXXIII, 203).

Ohne Zweifel stützte sich diese Verhaltensweise auf schwerwiegende Gründe. Unter ihnen kann man vor allem den erwähnen, den der Völkerapostel beklagt, wo er vom brüderlichen Liebesmahl der Christen spricht (vgl. *1 Kor.* 11, 21f.). Denn die Enthaltung von Speise und Trank entspricht der hohen Ehrfurcht, die wir der höchsten Majestät Jesu Christi schulden, wenn wir ihn in eucharistischer Gestalt verborgen zu uns nehmen wollen. Und wenn wir vor jeder anderen Speise den kostbaren Leib und das kostbare Blut genießen, so zeigen wir außerdem greifbar, daß jene die erste und höchste Nahrung darstellen; durch sie wird die Seele genährt und ihre Heiligkeit vermehrt. Deshalb sagt derselbe Augustin folgendes: „Es gefiel dem Heiligen Geist, daß zur Ehre des großen Sakramentes der Leib des Herrn früher in den Mund des Christen eingehe als die anderen Speisen“ (S. August. a.a.O.).

Das Fasten zollt nicht nur dem göttlichen Erlöser die geschuldete Ehrfurcht, sondern es fördert auch die Frömmigkeit; deshalb kann es auch dazu beitragen, jene überaus heilbringenden Früchte der Heiligkeit zu mehren, die Christus, die Quelle und der Ursprung aller Güter, von uns, den mit der Gnade Beschenkten, erwartet.

Außerdem gibt es niemand, der nicht aus Erfahrung weiß, daß nach den Gesetzen der menschlichen Natur der Geist sich leichter erhebt, wenn der Körper nicht mit Speise belastet ist, und daß der Geist dann mit größerer Kraft angetrieben wird, jenes hohe Geheimnis zu betrachten, das in der Seele wie in einem Tempel sich vollzieht und die göttliche Liebe vermehrt.

Mit welcher Sorge die Kirche darauf bedacht war, daß die eucharistische Nüchternheit gewahrt werde, kann man auch daraus erkennen, daß sie diese unter schweren Stra-

nim Concilium Toletanum VII, anno DCXXXVI, excommunicationem ei comminatum est, qui non ieiunus sacris fuisset operatus (Conc. Tolet. VII, cap. 2; *Mansi*, X, 768); anno autem DLXXII Concilium Bracarense III (Conc. Bracar. III, can. 10; *Mansi*, IX, 841), et anno DLXXXV Concilium Matisconense II (Conc. Matiscon. II, can. 6; *Mansi*, IX, 952) iam decreverant eum, qui huius rei evasisset reus, de sui muneris honorisque sede deponendum esse.

Attamen volventibus saeculis, illud quoque diligenter consideratum est, interdum nempe esse opportunum, ob peculiaria rerum adiuncta, hanc ieiunii legem, ad christifideles quod attinet, aliquatenus relaxare. Quam ad rem Constantiae Concilium, anno MCCCXV, dum eiusmodi sacrosanctam legem confirmat, addit quoque quoddam temperamentum: «... sacrorum canonum auctoritas, laudabilis et approbata consuetudo Ecclesiae servavit et servat, quod huiusmodi sacramentum non debet confici post coenam, neque a fidelibus recipi non ieiunus, nisi in casu infirmitatis aut alterius necessitatis a iure vel Ecclesia concessio vel admissio» (Conc. Constant. sess. XIII; *Mansi*, XXVII, 727).

Placuit haec in memoriam ea de causa reducere, ut omnes perspectum habeant Nos, quamvis novae temporum rerumque condiciones suadeant ut non paucas facultates ac venias hac in re concedamus, velle tamen per Apostolicas has Litteras summam huius legis consuetudinisque vim confirmare ad Eucharisticum quod attinet ieiunium; ac velle etiam eos admonere, qui eidem legi obtemperare queant, ut id facere pergant diligenter, ita quidem ut ii solummodo, qui in necessitate versentur, hisce concessionibus frui possint secundum eiusdem necessitatis rationes.

Suavissimo Nos solacio afficimur — quod libet heic, etsi breviter, declarare — cum pietatem cernimus erga Augustum altaris Sacramentum cotidie magis increbrescere non modo in christifidelium animis, sed ad divini cultus etiam splendorem quod pertinet, qui ex publicis populorum manifestationibus saepenumero emicat. Quam ad rem haud parum procul dubio contulere sollicitae Summorum Pontificum curae, ac praesertim Beati Pii X, qui quidem, ad priscam Ecclesiae consuetudinem renovandam omnes advocans, eos adhortatus est, ut quam creberrime, immo cotidie si possent, ad Angelorum mensam accederent (S. Congr. Concilii, Decretum *Sacra Tridentina Synodus*, d. d. xx mensis Decembris, an. MCMV: *Acta S. Sedis*, XXXVIII, 400 sq.); ac parvulos quoque ad caeleste hoc pabulum invitans, sapienti consilio statuit praeceptum sacrae Confessionis sacraeque Communionis ad eos singulos universos spectare, qui iam ad rationis usum pervenissent (S. Congr. de Sacramentis, Decretum *Quam singulari*, d. d. VIII mensis Augusti, an. MCMX: *Acta Ap. Sedis*, II, p. 577 sq); quod etiam in iuris canonici Codice sancitum est (C. I. C. can. 863; cfr. can. 854, § 5). Hisce Summorum Pontificum curis christifideles ultro libenterque respondententes, ad sacram Synaxim frequentiores usque accessere. Atque utinam haec caelestis Panis fames divinique Sanguinis sitis in omnibus cuiusvis aetatis hominibus in omnibusque civium ordinibus exardescant!

fen für die Zuwiderhandelnden anordnete. [Denn das 7. Konzil von Toledo hat im Jahre 646 dem die Exkommunikation angedroht, der das Opfer darbrächte, ohne nüchtern zu sein (Con. Tolet. VII, cap. 2; *Mansi*, X, 768); im Jahre 572 hatte schon das dritte Konzil von Braga (Conc. Bracar. III, can. 10; *Mansi*, IX, 841) und im Jahre 585 das zweite Konzil von Maçon (Conc. Matiscon. II, can. 6; *Mansi*, IX, 952) angeordnet, daß jemand, der sich dieses Vergehens schuldig gemacht habe, von seinem Amte zu entfernen sei.]

Dennoch wurde im Laufe der Jahrhunderte auch der Gedanke sorgfältig erwogen, ob es nicht bisweilen zweckmäßig sei, das Nüchternheitsgebot, soweit es sich auf die Gläubigen erstreckt, aus besonderen Gründen bis zu einem gewissen Grade zu lockern. Während das Konzil von Konstanz im Jahre 1415 die Unverbrüchlichkeit dieses Gesetzes herausstellt, fügt es auch eine Einschränkung hinzu: „... die Lehre der heiligen Canones und die löbliche und erprobte Gewohnheit der Kirche hat daran festgehalten und hält daran fest, daß dieses Sakrament nicht nach einer Mahlzeit vollzogen werden darf und daß es von nicht nüchternen Gläubigen nicht genossen werden darf, außer im Falle einer Krankheit oder in einer anderen Notlage, die vom Recht oder von der Kirche anerkannt oder zugelassen ist“ (Conc. Constant, sess. XIII; *Mansi*, XXVII, 727).]

Es schien gut, das Vorstehende über diesen Punkt ins Gedächtnis zurückzurufen, damit alle erkennen: Obgleich neue Zeitumstände Uns dazu raten, nicht wenige Erlaubnisse und Erleichterungen in dieser Angelegenheit zu gewähren, wollen Wir dennoch durch dieses Apostolische Schreiben die hohe Bedeutung dieses Gesetzes und dieser Gewohnheit noch stärken, soweit sie die eucharistische Nüchternheit betrifft; und Wir wollen auch die, die diesem Gebote gehorchen können, ermahnen, weiterhin sorgfältig ihm zu folgen, so daß nur die, die in einer besonderen Notlage sind, nach Maßgabe ihrer Notlage von den Zugeständnissen Gebrauch machen können.

Es erfüllt Uns mit süßem Trost — das darf man hier, wenn auch kurz, erwähnen — zu sehen, wie die Ehrerbietung gegen das erhabene Sakrament nicht nur in den Seelen der Christgläubigen täglich mehr zunimmt, sondern auch, was den äußeren Glanz des Gottesdienstes betrifft, wie das aus den häufigen öffentlichen Kundgebungen der Völker erhellt. Dazu haben ohne Zweifel die umsichtigen Vorkehrungen der Päpste nicht wenig beigetragen, besonders des sel. Pius X., der im Verlangen, die alte Gewohnheit der Kirche zu erneuern, alle rief und sie ermahnte, möglichst oft, ja sogar möglichst täglich, zum Tisch der Engel hinzutreten [S. Congr. Concilii, Decretum *Sacra Tridentina Synodus*, d. d. XX mensis Decembris, an. MCMV: *Acta S. Sedis*, XXXVIII, p. 400 f.]; er lud auch die Kinder zu diesem heiligen Mahl ein und setzte weise fest, das Gebot der heiligen Beicht und Kommunion beziehe sich auf alle die, die schon zum Gebrauch der Vernunft gelangt sind [S. Congr. de Sacramentis, Decretum *Quam singulari*, d. d. VIII mensis Augusti, an. MCMX: *Acta Ap. Sedis*, III, p. 577 f.]; das wurde auch im kirchlichen Gesetzbuch festgelegt (C. I. C. can. 863, vgl. can. 854, § 5). Dieses Anliegen der Päpste fand bei den Gläubigen freudigen und bereitwilligen Widerhall, und sie kamen häufiger zur heiligen Feier. Möge doch das Verlangen nach dem Himmelsbrot und dem heiligen Blut in allen Menschen jeglichen Alters und aller Stände wachsen!

Animadvertendum tamen est et quibus vivimus tempora eorumque peculiare condiciones multa in societatis usum in communisque vitae actionem induxisse, ex quibus graves difficultates oriuntur, quae possint homines a divinis participandis mysteriis abstrahere, si Eucharistici ieiunii legi eo prorsus modo ab omnibus obtemperandum sit, quo ad praesens usque tempus obtemperandum erat.

Imprimisque patet omnibus clericum hodie ingravescentibus christianorum necessitatibus numero imparem esse; qui quidem festis praesertim diebus nimium saepe laborem tolerare debet, cum serius Eucharisticum Sacrificium ac non raro etiam bis vel ter celebrare debeat, cumque interdum officio quoque teneatur longinquum faciendi iter, ut sacra ne desint haud parvis sui gregis partibus. Enervantes eiusmodi apostolici labores sacerdotum valetudinem procul dubio debilitant; idque eo vel magis quod non modo Missae litandae cum Evangelii explicatione, itemque sacris Confessionibus audiendis, catechesi impertientiae, ceterisque sui muneris partibus incrementi studio incrementique opera vacare debent, sed iis etiam rationibus rebusque diligenter prospicere ac consulere, quas asperum illud certamen adversus Deum eiusque Ecclesiam postulat, tam late hodie, tam callide acriterque excitatum.

At mens animusque noster ad eos potissimum advolat, qui procul a patria cuiusque sua, in longinquis operantes terris, huic Divini Magistri invitationi iussioneque generosi responderunt: «Euntes ergo docete omnes gentes» (Matth. 28, 19); ad Evangelii praecones dicimus, qui gravissimis etiam exantlatis laboribus atque itinerum difficultatibus omne genus superatis, eo omni nisu contendunt, ut christianae religionis lumen omnibus pro facultate affulgeat, utque suos greges, saepenumero a catholica suscepta fide adhuc recentes, angelico illo enutrient cibo, qui virtutem alat pietatemque refoveat.

Iisdem fere in rerum adiunctis ii quoque christifideles versantur, qui vel in non paucis regionibus a catholicis Missionalibus excultis, vel in aliis locis commorantes, cum proprium apud se non habeant sacrorum administrum, alterius sacerdotis adventum in seras horas expectare debent, ut Eucharisticum participare queant Sacrificium, seseque divino enutrire pabulo.

Ac praeterea, postquam machinae omne genus in usum inductae fuere, saepissime contingit ut opifices non pauci vel officinis, vel vehicularibus maritimisque muneribus, vel aliis publicae utilitatis officiis addicti, non modo per diem sed per noctem etiam alternis iteratisque laboribus occupentur, ita quidem ut debilitatae eorum vires eos interdum compellere possint ad aliquid nutrimenti accipiendum, atque adeo iisdem impediuntur quominus ad Eucharisticam mensam ieiunii accedant.

Ad hanc eandem mensam matres quoque familias saepenumero venire nequeunt, antequam domesticis curis prospexerint, quae multas saepe ab eis postulant laboris horas.

Man darf jedoch nicht übersehen, daß unsere heutigen Zeiten in der Gesellschaft und Lebensführung viele Umstände geschaffen haben, aus denen erhebliche Schwierigkeiten entstehen können; diese Schwierigkeiten können die Menschen von der Teilnahme an den heiligen Geheimnissen abhalten, wenn weiterhin alle dem Gebot über die eucharistische Nüchternheit in der Weise unterworfen sind, wie sie ihm bis zum jetzigen Zeitpunkt unterworfen waren.

Vor allem sehen alle, daß der Klerus heute den steigenden Bedürfnissen der Christen zahlenmäßig nicht mehr gewachsen ist; er muß besonders an Festtagen oft ein Übermaß von Arbeit auf sich nehmen, da er oft reichlich spät und nicht selten sogar zwei- oder dreimal das heilige Opfer zu feiern hat und da er bisweilen einen weiten Weg zu machen hat, damit nicht große Teile seiner Herde den Gottesdienst entbehren müssen. Die aufreibenden Strapazen dieser apostolischen Arbeit schwächen ohne Zweifel die Gesundheit der Priester; und das noch um so mehr, weil sie nicht nur mit wachsendem Eifer und wachsender Mühe zur Meßfeier, zur Auslegung des Evangeliums, zum Beicht hören, zum Unterricht und zu den anderen Pflichten ihres Amtes bereit sein müssen, sondern weil sie auch den Verhältnissen und Umständen sorgfältig Rechnung tragen müssen, die der harte Kampf gegen Gott und seine Kirche fordert, der Kampf, der heute so verschlagen und heftig geführt wird.

Aber Unser Denken und Fühlen gilt vor allem jenen, die fern von ihrer Heimat in fernen Ländern arbeiten und edelmütig der Aufforderung und dem Befehl des göttlichen Meisters Folge leisten: „Geht hin und lehret alle Völker“ (Matth. 28, 19), nämlich den Kündern des Evangeliums, die unter Erduldung schwerster Mühen und unter Überwindung von Wegschwierigkeiten aller Art mit aller Kraft sich dafür einsetzen, daß das Licht der christlichen Religion allen nach Möglichkeit leuchte und daß sie ihre Herden, die oft erst vor kurzem den katholischen Glauben angenommen haben, mit der Himmelspeise nähren, die die Tugend belebt und die Frömmigkeit stärkt.

Ungefähr in derselben Lage befinden sich jene Gläubigen, die in zahlreichen von katholischen Missionen betreuten oder in anderen Gegenden wohnen und, da sie keinen eigenen Seelsorger haben, bis zu später Stunde die Ankunft eines anderen Priesters abwarten müssen, um am heiligen Opfer teilnehmen und sich mit göttlicher Speise nähren zu können.

Nachdem Maschinen aller Art in Gebrauch kamen, kommt es außerdem oft vor, daß nicht wenige Arbeiter in Fabriken oder auf Verkehrsmitteln zu Land und See oder in anderen dem öffentlichen Wohl dienenden Einrichtungen Dienst tun; diese werden nicht nur tagsüber, sondern auch nachts in wechselnden Arbeitsschichten in Anspruch genommen, so daß ihre geschwächten Kräfte sie bisweilen zwingen können, etwas Speise zu sich zu nehmen; und dadurch werden sie gehindert, nüchtern zum eucharistischen Mahl zu kommen.

Zum selben Mahl können oft auch Familienmütter erst kommen, nach dem sie sich um die häuslichen Angelegenheiten gekümmert haben; diese fordern oft von ihnen viele Stunden Arbeit.

Parique modo evenit ut in puerorum puellarumque scholis ac litterarum ludis plurimi habeantur, qui divino illi invitamento respondere cupiant: «Sinite parvulos venire ad me» (*Marc.* 10, 14), cum fore omnino confidant ut ille, qui «pascitur inter lilia» (*Cant.* 2, 16; 6, 2) suum ipsorum animi candorem morumque integritatem contra iuvenilis aetatis illecebras ac mundi insidias tutetur; verumtamen perdifficile interdum iisdem est, antequam ad scholam se conferant, sacras adire aedes ibique sese Angelico enutrire Pane, postea vero domum redire ut necessarium suscipiant nutrimentum.

Hoc praeterea animadvertendum est saepe hodie contingere ut frequentissimae populi multitudines ex alio ad alium locum postmeridianis horis ea de causa transgrediantur, ut religiosas celebrationes, vel coetus de re sociali habendos participent; si igitur hisce etiam datis occasionibus liceat Eucharisticum peragere Mysterium, quod divinae gratiae vitalis fons est voluntatesque iubet ad virtutem adipiscendam exardescere, haud dubium est inde vim hauriri posse, qua omnes ad christiane penitus sentiendum operandumque excitentur, et ad legitimis etiam obtemperandum legibus.

Peculiaribus hisce considerationibus haec adicere opportunum videtur, quae ad omnes spectant; quamvis nempe nostris hisce temporibus ars medica ac disciplina illa, quae hygiene dicitur, tantos progressus fecerint, tantumque contulerint ad mortuorum numerum in puerili praesertim aetate minuendum, nihilo secius praesentis vitae condiciones atque ea, quae ex immanibus huius saeculi bellis consecuta sunt incommoda, eiusmodi sunt, ut non parum corporum constitutionem valetudinemque debilitaverint.

Hisce de causis, quo praesertim experrecta in Eucharistiam pietas facilius augeatur, e variis Nationibus Episcopi non pauci, officiosis datis litteris petiere, ut haec ieiunii lex aliquantulum mitigaretur; atque iam haec Apostolica Sedes peculiare hac in re facultates ac venias sacrorum administris ac christifidelibus benigne concessit. Ad quas concessionem quod attinet, memorare libet Decretum, quod *Post Editum* inscribitur, a S. Congregatione Concilii die VII mensis Decembris, anno MCMVI, pro infirmis datum (*Acta S. Sedis*, XXXIX, p. 603 sq.); ac Litteras die XXII mensis Maii, anno MCMXXIII, Locorum Ordinariis a S. S. C. S. Officii pro sacerdotibus datas (S. S. Congregationis S. Officii Litterae locorum Ordinariis datae super ieiunio eucharistico ante Missam: *Acta Ap. Sedis*, XV, p. 151, sq.).

Postremis hisce temporibus, Episcoporum hac de re petitiones crebriores impensioresque fuere, atque ampliores pariter fuerunt facultates concessae, eae potissimum quae belli occasione dilargitae sunt. Id procul dubio luculenter indicat novas, graves, non intermissas ac satis generales exstare causas, quibus nimis difficile sit, multiplicibus in rerum adiunctis, cum sacerdotes Eucharisticum sacrificium celebrare, tum christifideles Angelico vesci Pane ieiunos.

Quamobrem, ut gravibus hisce incommodis ac difficultatibus occurramus, utque indulgentiarum diversitas in actionum discrepantiam ne cedat, necessarium ducimus Eucharistici ieiunii disciplinam ita mitigando statuere, ut, quam

Ebenso kommt es vor, daß sich an den Schulen aller Art zahlreiche Kinder finden, die jener göttlichen Einladung folgen wollen: „Lasset die Kleinen zu mir kommen“ (*Mark.* 10, 14); denn sie vertrauen fest darauf, daß der, der „unter Lilien wandelt“ (*Hohel.* 2, 16; 6, 2), ihre Herzensreinheit und Unschuld gegen die Verlockungen des jugendlichen Alters und gegen die Ränke der Welt schützt. Dennoch ist es bisweilen recht schwierig für sie, vor dem Schulgang die Kirchen zu besuchen und sich dort mit dem Engelsbrot zu nähren und dann nach Hause zurückzugehen, um die nötige Speise zu sich zu nehmen.

Außerdem muß man folgendes beachten: Es kommt heute oft vor, daß große Volksmengen in den Nachmittagsstunden von einem Ort zum anderen pilgern, um an religiösen Feiern oder an Versammlungen gemeinschaftlicher Belange wegen teilzunehmen; wenn nun auch diesen die Möglichkeit gegeben wird, das eucharistische Opfer mitzufeiern — es ist der lebendige Quell der göttlichen Gnade und läßt den Willen entbrennen, die Tugend zu erringen —, so kann daraus zweifellos die Kraft geschöpft werden, die alle anregt, tief christlich zu denken und zu handeln und den gerechten Gesetzen zu gehorchen.

Es scheint zweckmäßig, diesen besonderen Erwägungen folgendes anzufügen, das sich auf alle bezieht: Sicher haben in unseren Zeiten die ärztliche Kunst und die Hygiene große Fortschritte gemacht und besonders zur Verringerung der Kindersterblichkeit viel beigetragen; trotzdem sind die heutigen Lebensbedingungen und die Folgen der schrecklichen Kriege dieses Jahrhunderts derart, daß sie den körperlichen Zustand und die Gesundheit nicht wenig geschwächt haben.

Aus diesen Gründen haben nicht wenige Bischöfe aus verschiedenen Nationen in pflichtgemäßen Schreiben darum gebeten, daß die Bestimmungen über die Nüchternheit in etwa gemildert würden, damit besonders die Eucharistische Bewegung mehr gefördert werde; und schon bisher hat Unser Apostolischer Stuhl den Priestern und den Gläubigen in dieser Sache wohlwollend Vergünstigungen und Ausnahmen zugebilligt. Man kann das Dekret „*Post Editum*“ erwähnen, das sich auf diese Zugeständnisse bezieht; es ist von der heiligen Konzilskongregation am 7. Dezember 1906 für die Kranken erlassen worden (*Acta S. Sedis*, XXXIX, p. 603 f.); und man kann den Brief anführen, der am 22. Mai 1923 für die Priester ergangen ist (S. S. Congregationis S. Officii Litterae locorum Ordinariis datae super ieiunio eucharistico ante Missam; *Acta Ap. Sedis*, XV, p. 151 f.).

In letzter Zeit wurden die Bitten der Bischöfe in dieser Sache häufiger und dringender, und demgemäß wurden umfassendere Erlaubnisse erteilt, solche vor allem, die aus Anlaß des Krieges gegeben wurden. Das zeigt zweifellos deutlich, daß es neue, schwere, ununterbrochene und ziemlich allgemeine Gründe gibt, wegen der es bei der Vielfalt der Verhältnisse allzu schwierig ist, daß die Priester nüchtern das eucharistische Opfer feiern und daß die Gläubigen nüchtern das Engelsbrot genießen.

Um diesen schweren Nachteilen und Schwierigkeiten zu begegnen und damit nicht die verschiedenen Erleichterungen zu verschiedener Handhabung führen, halten Wir es für nötig, die Ordnung der eucharistischen Nüch-

largissime fieri potest, in peculiaribus etiam temporum locorum ac christifidelium condicionibus, eiusmodi legi omnes obtemperare facilius queant. Haec Nos decernentes, fore confidimus ut haud parum conferre possimus ad Eucharisticae pietatis incrementum, atque adeo aptius promoveri atque excitare omnes ad Angelorum participandam Mensam, adaucta procul dubio Dei gloria ac Mystici Iesu Christi Corporis sanctimonia.

Haec igitur omnia, quae sequuntur, Apostolica auctoritate Nostra decernimus ac statuimus:

NORMA I. Ieiunii eucharistici lex, a media nocte pro iis omnibus vigere pergit, qui in peculiaribus condicionibus non versentur, quas per Apostolicas has Litteras expositurimus. Principium tamen generale et commune omnibus in posterum esto, sive sacerdotibus, sive christifidelibus: aquam videlicet naturalem Eucharisticum ieiunium non frangere.

NORMA II. Infirmi, etiamsi non decumbant, aliquid sumere possunt, de prudenti confessarii consilio, per modum potus, vel verae medicinae, exceptis alcoholicis. Eadem facultas sacerdotibus infirmis conceditur Missam celebraturis.

NORMA III. Sacerdotes, qui vel tardioribus horis, vel post gravem sacri ministerii laborem, vel post longum iter celebraturi sunt, aliquid sumere possunt per modum potus, exclusis alcoholicis; a quo tamen se abstineant saltem per spatium unius horae, ante quam sacris operentur.

NORMA IV. Qui autem bis, vel ter Missam celebrent, ablutiones sumere possunt, quae tamen, in hoc casu, non vino, sed aqua tantum fieri debent.

NORMA V. Christifideles pariter, etiamsi non infirmi, qui ob grave incommodum - hoc est, ob debilitantem laborem, ob tardiores horas, quibus tantum ad Sacram Synaxim accedere possint, vel ob longinquum iter, quod suscipere debeant - ad Eucharisticam mensam omnino ieiuni adire nequeant, de prudenti confessarii consilio, hac per durante necessitate, aliquid sumere possunt per modum potus, exclusis alcoholicis; a quo tamen se abstineant saltem per spatium unius horae, antequam Angelico entriantur Pane.

NORMA VI. Si rerum adiuncta id necessario postulant, locorum Ordinariis concedimus ut Missae celebrationem vespertinis, ut diximus, horis permittere queant, ita tamen ut haec initium non habeat ante horam IV post meridiem, sive in festis de praecepto, quae adhuc vigent, sive in illis quae olim viguerunt, sive primis uniuscuiusque mensis feriis sextis, sive denique in illis sollemnibus, quae cum magno populi concursu celebrentur, atque etiam praeter hos dies, semel in hebdomada, servato a sacerdote ieiunio trium horarum quoad cibum solidum et potus alcoholicos, unius autem horae quoad ceteros potus non alcoholicos. In his autem Missis christifideles ad Sacram Synaxim accedere poterunt, hac eadem servata norma ad ieiunium Eucharisticum quod attinet, firmo praescripto can. 857.

ternheit zu mildern und so festzusetzen, daß auch bei besonderen Verhältnissen der Zeit, des Orts oder der Gläubigen alle weitgehendst diese Verordnung mit Leichtigkeit befolgen können. Wir beschließen das in dem Vertrauen, dadurch nicht wenig zum Wachsen der eucharistischen Frömmigkeit beitragen zu können und alle noch mehr zu bewegen und zu begeistern, am Tisch der Engel teilzunehmen; dadurch wird zweifellos die Ehre Gottes und die Heiligkeit des mystischen Leibes Jesu Christi gemehrt.

Kraft Unserer Apostolischen Autorität verfügen Wir und setzen fest, was folgt:

1. Das Gebot der eucharistischen Nüchternheit von Mitternacht an bleibt für alle diejenigen in Kraft, die sich nicht in den besonderen Lagen befinden, wie Wir sie in diesem Apostolischen Schreiben erläutern werden. Grundsätzlich und ganz allgemein soll jedoch für alle in Zukunft gelten, für die Priester wie für die Gläubigen: natürliches Wasser bricht die eucharistische Nüchternheit nicht.

2. Kranke, auch wenn sie nicht bettlägerig sind, können nach dem klugen Ermessen des Beichtvaters etwas zu sich nehmen: in Form eines Getränkes oder wirklicher Medizin, ausgenommen alkoholische Getränke. Das gleiche Recht wird den kranken Priestern eingeräumt, die die Messe feiern wollen.

3. Priester, die zu später Stunde oder nach anstrengender Seelsorgsarbeit oder nach langem Weg zelebrieren wollen, können etwas in Form eines Getränkes zu sich nehmen, ausgenommen alkoholische Getränke; sie sollen sich aber wenigstens eine Stunde vor der Zelebration auch davon enthalten.

4. Diejenigen, die zwei oder drei Messen feiern, können die Ablutio zu sich nehmen; sie darf aber in diesem Fall nicht mit Wein, sondern nur mit Wasser vorgenommen werden.

5. In gleicher Weise können Gläubige, die nicht krank sind, etwas in Form eines Getränkes (Alkohol ausgenommen) zu sich nehmen, die wegen eines schweren Nachteils nicht nüchtern zum Tisch des Herrn gehen können; ein schwerer Nachteil besteht in ermüdender Arbeit, in der späten Stunde, zu der sie erst zum Gottesdienst gehen können, oder im langen Weg, den sie machen müssen; sie sollen das aber nur tun nach dem klugen Ermessen des Beichtvaters und nur so lange, wie die genannte Notlage besteht; doch sollen sie sich auch davon mindestens eine Stunde von der heiligen Kommunion enthalten.

6. Wenn die Verhältnisse es dringend fordern, genehmigen Wir den Ortsordinariis, daß sie, wie gesagt, die Feier einer Abendmesse erlauben können, jedoch so, daß die Messe nicht vor 16 Uhr beginnt, und zwar entweder an gegenwärtig gebotenen Festtagen oder an Festtagen, die einst in Kraft waren, oder am ersten Freitag jeden Monats, oder schließlich bei Feiern, die unter großem Zustrom des Volkes begangen werden, und außerdem einmal in der Woche. Der Priester muß sich drei Stunden von fester Speise und Alkohol enthalten, und eine Stunde auch von anderen nicht alkoholischen Getränken. In diesen Messen können die Gläubigen zum heiligen Mahl kommen, wenn sie die gleiche Norm für die eucharistische Nüchternheit beachten, unbeschadet der Vorschrift des can. 857.

Evangelii autem praeconibus, in territoriis Missionum, peculiarissimis perpensis condicionibus in quibus versantur, ob quas raro plerumque habentur sacerdotes, qui longinquas stationes invisere queant, Locorum Ordinarii eiusmodi facultates concedere poterunt ceteris etiam hebdomadis diebus.

Locorum tamen Ordinarii diligenter curent, ut quae libet vitetur interpretatio, quae concessas facultates amplificet, utque ab omni abusu et irreverentia hac in re caveatur; in hisce enim dilargiendis facultatibus, quas hominum, locorum temporumque condiciones hodie postulant, Nos etiam atque etiam volumus Eucharistici ieiunii momentum, vim atque efficacitatem confirmare ad eos quod attinet, qui Divinum Redemptorem sub Eucharisticis velis latentem accepturi sunt. Ac praeterea, quotiescumque corporis incommo- dum minuitur, animus debet pro facultate rem supplere, sive interna paenitentia, sive aliis modis, ex tradito Ecclesiae more; quae quidem cum ieiunium mitigat, alia opera adimplenda imperare solet. Qui igitur datis hac in re facultatibus perfrui queant, impensiores ad Caelum admoveant preces, quibus Deum adorent, eidem grates agant, ac praesertim admissa expient novaque impetrent superna auxilia. Cum omnes perspectum habeant oporteat Eucharistiam «tamquam passionis suae memoriale perenne» (S. Thom. *Opusc. LVII*, Offic. de Festo Corporis Christi, lect. IV, *Opera Omnia*, Romae, MDLXX, vol. XVII) a Iesu Christo institutam fuisse, ex animis sensus illos eliciant christianae humilitatis christianaeque paenitentiae, quos Divini Redemptoris cruciatuum ac mortis meditatio excitare debet. Itemque eidem Divino Redemptori, qui, perpetuo in altaribus se immolans, maximum renovat sui amoris documentum, adauctos offerant omnes suae erga proximos caritatis fructus. Hac profecto ratione conferent omnes ad illud Apostoli gentium cotidie magis explendum: «Unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus» (1 Cor. 10, 17).

Quaecumque autem hisce Litteris decreta continentur, ea omnia stabilia, rata ac valida esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus, peculiarissima etiam mentione dignis; atque abolitis ceteris omnibus privilegiis ac facultatibus, quomodocumque a Sancta Sede concessis, ut ubique omnes hanc disciplinam aequae riteque servant.

Quae quidem omnia, supra statuta, vim suam obtineant a promulgationis die per *Acta Apostolicae Sedis* factae.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, die sexta mensis Ianuarii, in Epiphania Domini, Pontificatus Nostri anno quarto decimo.

PIUS PP. XII

Den Kündern des Evangeliums in den Missionsländern aber können die Ortsordinarien diese Vergünstigungen auch an den anderen Wochentagen erteilen, da sie unter ganz besonderen Verhältnissen leben, weswegen meist nur selten Priester verfügbar sind, die entfernte Stationen aufsuchen können.

Die Ortsordinarien mögen sorgfältig darauf achten, daß jede Auslegung vermieden wird, die die gegebenen Erleichterungen erweitert, und daß man sich vor jedem Mißbrauch und vor jeder Unehrebarkeit in dieser Sache hüte; wenn Wir die Erleichterungen erweitern, die die Verhältnisse der Menschen, des Orts und der Zeit fordern, so wollen Wir immer wieder denen, die es angeht, die Bedeutung und die Wirksamkeit der eucharistischen Nüchternheit einschärfen, die den göttlichen Erlöser in der Gestalt der Eucharistie empfangen wollen. Und außerdem: sooft ein körperliches Opfer verringert wird, muß der Geist nach Möglichkeit einen Ausgleich schaffen, entweder durch innere Buße oder auf andere Weise nach der überlieferten Sitte der Kirche; sooft diese das Fasten mildert, pflegt sie andere Werke zum Ausgleich aufzuerlegen. Die aber in den Genuß der gegebenen Erleichterungen kommen können, mögen innigere Gebete zum Himmel emporsenden, in denen sie Gott anbeten, ihm Dank sagen, besonders ihre Fehler sühnen und neue Hilfe von oben erflehen. Wenn alle, wie es sich gehört, erkannt haben, daß die Eucharistie von Jesus Christus „gleichsam als ewige Erinnerung an sein Leiden“ (S. Thomas, *Opusc. LVII*, Offic. de Festo Corporis Christi, lect. IV, *Opera omnia*, Romae MDLXX, vol. XVII) eingesetzt wurde, dann mögen sie in ihren Seelen die Gedanken christlicher Demut und christlicher Buße wachsen lassen, die die Betrachtung der Leiden und des Todes des göttlichen Erlösers erwecken muß. Und eben diesem göttlichen Erlöser, der durch sein ständiges Opfer auf dem Altar seinen großen Liebesbeweis immer wieder erneuert, mögen sie vermehrt alle Früchte ihrer Nächstenliebe aufopfern. Auf diese Weise werden in der Tat alle dazu beitragen, jenes Wort des Völkerapostels täglich mehr zu erfüllen: „Es ist ein Brot, und deshalb bilden wir viele einen Leib, wir alle, die wir an diesem einen Brot teilhaben“ (1 Kor. 10, 17).

Wir wollen, daß alles, was in diesem Schreiben angeordnet ist, fest, rechtskräftig und gültig sei, ohne daß ihm irgend etwas entgegenstehe, wie erwähnenswert es auch sein mag. Wir heben damit alle anderen Privilegien und Vergünstigungen auf, in welcher Weise sie auch vom Heiligen Stuhl gewährt wurden, damit alle überall diese Ordnung in gleicher und gesetzmäßiger Weise einhalten.

Alles, was oben festgelegt ist, tritt am Tage der Veröffentlichung in den *Acta Apostolicae Sedis* in Kraft.

Gegeben zu Rom, bei St. Peter, im Jahre des Herrn 1953, am 6. Januar, am Fest der Erscheinung des Herrn, im vierzehnten Jahre Unseres Pontifikates.

Pius PP. XII.

Nr. 36

## SUPREMA SACRA CONGREGATIO SANCTA OFFICII

## INSTRUCTIO

## DE DISCIPLINA CIRCA IEIUNIUM EUCHARISTICUM SERVANDA.

Constitutio Apostolica *Christus Dominus*, hoc ipso die a Summo Pontifice Pio XII, feliciter regnante, data, largitur quidem non paucas facultates ac dispensationes circa legis ieiunii eucharistici observantiam, sed normas maxima ex parte quoad substantiam quoque confirmat Codicis Iuris Canonici (can. 808 et 858, § 1) impositas sacerdotibus et fidelibus, qui eidem legi obtemperare queant. Attamen hisce etiam extenditur favorabile ipsius Constitutionis primum praescriptum, cuius vi aqua *naturalis* (id est sine ulla cuiuslibet elementi adiectione) non amplius frangit ieiunium eucharisticum (Const. n. I). Quod vero attinet ad ceteras concessionem, iis tantum uti possunt sacerdotes et fideles, qui in peculiaribus versantur condicionibus, de quibus in Constitutione cautum est, vel Missas vespertinas celebrant aut in iisdem sacram communionem recipiunt ex licentia Ordinariorum, intra limites novarum facultatum, quae iisdem tributae sunt.

Itaque, ut normae ad huiusmodi concessionem pertinentes ubique conformi ratione serventur atque evitetur quaelibet interpretatio, quae concessas facultates amplifcet, utque ab omni abusu hac de re caveatur, Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii, iussu mandatuque Summi ipsius Pontificis, statuit quae sequuntur:

*Quoad infirmos sive fideles  
sive sacerdotes  
(Const. n. II)*

